Durch deinen Tod ist mir / HErr JEsu Christ / mein Tod
Ein Gang zu dem / der ist mein Vater und mein GOtt.

*** *** ***

Accusat triplici de causâ Spiritus orbem;
Sed veniam culpæ, qui resipiscit, habet.

Der heilig Geist drey Ding der Welt
Als ein Beschüldigung fürhält /
Wem leid ist seine Sünd und Schuld /
Derselb erlanget Gnad und Huld.

NUnc autem vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadam?

NU aber geh ich hin zu dem / der mich gesand hat / und niemand unter euch fraget mich / wo gehestu hin?

6. Sed quia hæc loquutus sum vobis, mœstitudo implevit cor vestrum.

Sondern dieweil ich solches zu euch geredt habe / ist euer Hertz Traurens voll worden.

7. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, ut

Aber ich sage euch die Wahrheit / es ist euch gut / daß

ut ego vadam, si enim non abiero, Consolator ille non veniet ad vos: sin autem abiero, mittam eum ad vos.

8. Et quum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitiâ, & de judicio.

9. De peccato quidem, quia non credunt in me.

10. De justitiâ verò, quia ad Patrem vado, & posthac non videtis me.

11. De judicio autem, quia Princeps hujus mundi jam judicatus est.

12. Ad hæc multa habeo, quæ vobis dicam, sed non potestis portare nunc.

13. Quum autem venerit ille, qui est Spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem; non enim loquetur à semetipso, sed qvæcunque audierit, loquetur, & quæ futura sunt, annunciabit vobis.

daß ich hingehe/ denn so ich nicht hingehe/ so kömt der Tröster nicht zu euch: so ich aber hingehe/ wil ich ihn zu euch senden.

Und wenn derselbe kömt/ der wird die Welt straffen ümb die Sünde/ und ümb die Gerechtigkeit/ und üm das Gericht.

Umb die Sünde/ daß sie nicht gläuben an mich.

Umb die Gerechtigkeit aber/ daß ich zum Vater gehe/ und ihr mich fort nicht sehet.

Umb das Gericht/ daß der Fürst dieser Welt gerichtet ist.

Ich habe euch noch viel zu sagen/ aber ihr könnets jetzt nicht tragen.

Wenn aber jener/ der Geist der Wahrheit kommen wird/ der wird euch in alle Wahrheit leiten. Denn er wird nicht von ihm selber reden/ sondern was er hören wird/ das wird er reden/ und was zukünfftig ist/ wird er euch verkündigen.

14. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Derselbe wird mich verklären/ denn von dem meinen wird ers nehmen/ und euch verkündigen.

15. Omnia, quæcunq; habet Pater, mea sunt, propterea dixi vobis, quòd de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Alles/ was der Vater hat/ das ist mein/ darumb hab ich gesagt/ er wirds von dem meinen nehmen/ und euch verkündigen.

Dominica V. post Pascha, sive Rogationum, vel Vocem Jucunditatis, Epist. Jac. 1. v. 22.

Estis autem effectores sermonis, & non auditores solùm, fallentes vosmetipsos.

Seyd Thäter des Worts/ und nicht Hörer allein/ damit ihr euch nicht selbst betrieget.

23. Quoniam, si quis audiat sermonem, nec eum factis exprimat, hic similis est viro, consideranti faciem nativitatis suæ in speculo.

Denn so jemand ist ein Hörer des Worts/ und nicht ein Thäter/ der ist gleich einem Manne/ der sein leiblich Angesicht im Spiegel beschauet.

24. Consideravit enim seipsum, & abiit: & continuò oblitus est, qualis esset.

Denn nach dem er sich beschauet hat/ gehet er von Stund an davon/ uñ vergisset/ wie er gestalt war.

25. At qui prospexerit in Legem perfectam, quæ est libertatis, & permanserit, hic quum non sit au-

Wer aber durchschauet in das vollkommene Gesetz der Freyheit/ und darinnen beharret/ und ist nicht

auditor obliviosus, sed effector operis, beatus facto suo erit.

nicht ein vergeßlicher Hörer/ sondern ein Thäter/ derselbe wird selig seyn in seiner That.

26. Si quis videtur religiosus esse inter vos, qui non frenat linguam suam, sed aberrare finit cor suum, hujus vana est religio.

So aber sich jemand unter euch läst dünken/ er diene Gott/ und hält seine Zunge nicht im Zaum/ sondern verführet sein Hertz/ des Gottesdienst ist eitel

27. Religio pura & immaculata apud DEum & Patrem hæc est, invisere orphanos & viduas in afflictione suâ, immaculatum seipsum servare à mundo.

Ein reiner und unbefleckter Gottesdienst vor GOtt dem Vater ist der/ die Wäysen und Witwen in ihrer Trübsahl besuchen/ und sich von der Welt unbefleckt behalten.

Evangelium, Joh. 16. v. 23.

Da Deus, ut rectè vivam moriarq; beatè,
Hæc ego per Christum te precor, ergo dabis.
Was ich dich bitt/ O GOtt/ in JEsu Christi Nahmen/
Das wirstu geben mir. Es ist gewiß und Amen/
Gib/ daß ich Christlich leb/ und selig sterbe dir/
Wann du das Stündlein schickst/ O GOtt/ so gnüget mir.
Gib/ daß ich Christlich leb/ und schlaffe selig ein/
Was ich durch Christum bitt/ HErr GOtt/ wird kräfftig seyn.
Pelle malum, rogo te per nomen amabile JESU,
Quæ precor in JESU nomine, Jova, dabis.
Ich ruff/ O GOtt/ zu dir umb JEsu Christi Willen/
Nimm weg das schwere Creutz/ thu meinen Kummer stillen/
Ich weiß gewiß/ wer dich durch Christum ruffet an/
Daß ihn dein Vater-Hertz in Noth nicht lassen kan.

TReib ab/ O GOtt/ die Noth umb JEsu Christi willen/
Schau JEsum an/ du wirst bald meine Bitt erfüllen.

Sunt nata, quæ in JESU nomine vota facis.

Im Nahmen JEsu hoff' und ruffe du zu GOtt/
Er höret deine Bitt/ und hilfft dir aus der Noth.

*** *** ***

Ne dubita, quoties numen cæleste precaris,
Impetrat in Christi nomine cuncta Fides.

Du solt gar keinen Zweiffel han/
Wann du ruffst GOtt im Himmel an/
Der Glaub im Nahmen JEsu Christ
Alls zuerlangen mächtig ist.

AMen, amen dico vobis, quæcunque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

WAhrlich/ wahrlich ich sage euch/ so ihr den Vater etwas bitten werdet in meinem Namen/ so wird ers euch geben.

24. Hactenus non petistis quicquam in nomine meo; petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit perfectum.

Bißher habt ihr nichts gebeten in meinem Namẽ. Bittet/ so werdet ihr nehmen/ daß eure Freude vollkommen sey.

25. Hæc per proverbia loquutus sum vobis; veniet tempus, quum jam non per proverbia loquar vobis, sed palàm de Patre meo annunciabo vobis.

Solches hab ich zu euch durch Sprichwort geredt. Es kömmt aber die Zeit/ daß ich nicht mehr durch Sprichwort mit euch reden werde/ sondern euch frey heraus verkündigen von meinem Vater.

26. In illo die in nomine meo

An demselbigen Tage wer-

meo petetis; & non dico vobis, quòd ego rogaturus sim Patrem pro vobis.

27. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amâstis, & credidistis, quòd à Deo exiverim.

28. Exivi à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

29. Dicunt ei discipuli ejus, ecce nunc apertè loqueris, nec proverbium ullum dicis.

30. Nunc scimus, quòd scis omnia, nec opus est tibi, ut quis te interroget: per hoc credimus, quòd à Deo exîsti.

werdet ihr bitten in meinem Namen. Und ich sage euch nicht/ daß ich dē Vater für euch bitten wil.

Denn er selbst der Vater hat euch lieb/ darümb daß ihr mich liebet/ und gläubet/ daß ich von Gott außgegangen bin.

Ich bin vom Vater außgegangen/ und kommen in die Welt/ wiederümb verlaß ich die Welt/ und gehe zum Vater.

Sprechen zu ihm seine Jünger: siehe/ nun redest du frey heraus/ und sagest kein Sprichwort.

Nun wissen wir/ daß du alle Dinge weissest/ und bedarffst nicht/ daß dich jemand fraget. Darümb gläuben wir/ daß du von Gott außgegangen bist.

Dominica VI. post Pascha, sive Exaudi. Epist. 1. Pet. 4. v. 7.

SItis igitur sobrii & vigilantes ad orandum.

8. Ante omnia verò charita-

SO seyd nun mässig und nüchtern zum Gebet.

Vor allen Dingen aber

ritatem inter vos vehementem habentes: nam charitas operiet multitudinem peccatorum.

habt unter einander eine brünstige Liebe. Denn die Liebe deckt auch der Sünden Menge.

9. Hospitales estote erga vos invicem sine murmurationibus.

Seyd gastfrey untereinander ohn Murmeln.

10. Ut quisque accepit donum, ita alius in alium illud ministrantes, ut boni dispensatores variæ gratiæ DEI.

Und dienet einander ein jeglicher mit der Gabe/ die er empfangen hat/ als die guten Hauß-Halter der mancherley Gnaden Gottes.

11. Si quis loquitur, loquatur, ut eloquia Dei: si quis ministrat, ministret tanquam ex virtute, quam suppeditat DEus: ut in omnibus glorificetur DEus per JEsum Christum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

So jemand redet/ daß ers rede/ als Gottes Wort/ so jemand ein Ampt hat/ daß ers thue/ als aus dem Vermügen/ daß Gott darreichet/ auff daß in allen Dingen GOtt gepreiset werde durch JESUM Christ/ welchem sey Ehre und Gewalt von Ewigkeit zu Ewigkeit/ Amen.

Evangelium, Joh. 15. & 16. v. 26.

Prædicis mundi furias. Fac, Christe, fac, ut sim
Constans sub quovis fulmine mente pia.

Du hasts gesagt/ HErr Christ/ wie uns die Welt nachstellet/
Und über deine Kirch ein grimmes Urtheil fället.
Ach hilff/ daß mich von dir abwende keine Plag/
Auff daß ich dort bey dir die Kron der Ehren trag.

Du

DU sagst/HErr Christ/wie mir die Welt wird stellen nach/
Hilff/daß ich mög in dir verachten alle Schmach.
Tollit amatores Christi fera bellua mundus,
Quos tollit mundus, suscipit aula Dei.
Die Welt das böse Thier die Jünger Christi plaget/
Und sie von einem Ort zum andern treibt und jaget.
Wen plagt und klagt die Welt/ den nimmt GOtt in sein Schoß/
Macht ihn von aller Welt-Verfolgung frey und loß.
DAs freche Thier die Welt jagt Christi Glieder aus/
Wen sie verfolgt/den nimmt GOtt in sein himlisch Hauß.

DJe Feinde wüten sehr/doch ist umbsonst ihr Schnauben/
Niemand kan mir dein Reich/HErr JEsu Christe/rauben/
Kein Bann/kein Spott und Tod den Menschen von dir trennt/
Der von dir zeugt/und dich für aller Welt bekennt.
WEr uns allhie verfolgt/wird in der Hölle büssen/
Uns wird mit Freuden GOtt das Creutze dort durchsüssen.
So henge/senge/brenn/und brat uns hier mit Schmach/
Wir hoffen Freud/und du zeuchst GOttes Rache nach.
Christicolas contra furit omnis & orbis & orcus.
Die Jünger Christi plagt die Welt mit Bann und Schwerdt/
Zuletzt ergrimmet GOtt/der sie wie Stroh verzehrt.
WEr Christum angehört/wer Christi Ehre suchet/
Der muß gebannet seyn von Ketzern/und verfluchet/
Doch dieser Fluch schadt nichts/GOtt segnet uns dafür/
Thut den Verjagten auff des Himmels Gnaden-Thür.

*** *** ***

Cùm tibi crux oneri est, tunc causæ Spiritus astat,
Patronus causæ Spiritus ille tuæ.

Wenn dir das Creutz ist eine Last/
Den heilign Geist du bey dir hast/
Der dir das Creutz wird leichter machn/
Und dir außführen deine Sachn.

Ullum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.

27. Quin & vos testes estis, quia ab *initio* mecum estis.

1. *Hæc loquutus sum vobis*, ut ne quid offendamine.

2. Alienos à synagogis facient vos: sed veniet tempus, ut, quisquis interficiat vos, videatur cultum præstare DEO.

3. Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem neque me.

4. Sed hæc loquutus sum vobis, ut, quum venerit tempus illud, reminiscamini eorum, quòd ego dixerim vobis: hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram.

WEnn aber der Tröster kommen wird/ welchen ich euch senden werde vom Vater/ der Geist der Wahrheit/ der vom Vater außgehet/ der wird zeugen von mir.

Und ihr werdet auch zeugen/ denn ihr seyd von Anfang bey mir gewesen.

Solches habe ich zu euch geredt/ daß ihr euch nicht ärgert.

Sie werden euch in den Bann thun/ es kömt aber die Zeit/ daß/ wer euch tödtet/ wird meynen/ er thue Gott einen Dienst daran.

Und solches werden sie euch darümb thun/ daß sie weder meinen Vater noch mich erkennen.

Aber solches hab ich zu euch geredt/ auff daß/ wenn die Zeit kommen wird/ daß ihr daran gedencket/ daß ichs euch gesagt hab. Solches aber hab ich euch von Anfang nicht gesagt/ denn ich war bey euch.

In

In die Pentecostes, Epistola, Actor. 2. v. 1.

ET quum complerentur dies Pentecostes, erant omnes unanimiter in eodem loco.

2. Et factus est repentè de cœlo sonitus, tanquam impetus venientis flatûs vehementis, & replevit totam domum, ubi erant sedentes.

3. Et visæ sunt illis dissectæ linguæ, velut igneæ, seditquè super singulos eorum.

4. Ac repleti sunt omnes Spiritu sancto, cœperuntquè loqui aliis linguis, prout Spiritus ille dabat eloqui illis.

5. Erant autem Hierosolymis habitantes Judæi, viri religiosi, ex omni natione earum, quæ sub cœlo sunt.

6. Is rumor quum increbuis-

UNd als der Tag der Pfingsten erfüllet war/ waren sie alle einmüthig beyeinander.

Und es geschach schnell ein Brausen vom Himmel/ als eines gewaltigen Windes/ und erfüllete das gantze Hauß/ da sie saßen.

Und man sahe an ihnen die Zungen zertheilet/ als wären sie feurig/ und er setzte sich auff einen jeglichen unter ihnen.

Und wurden alle voll des heiligen Geistes/ und fingen an zu predigen mit andern Zungen/nach dem der Geist ihnen gab außzusprechen.

Es waren aber Jüden zu Jerusalem wohnend/ die waren gottfürchtige Männer/ aus allerley Volck/ das unter dem Himmel ist.

Da nun diese Stim̃e ge-

buisset, convenit multitudo, & confusa est, quòd audiret unusquisque linguâ suâ illos loquentes.

7. Stupebant autem omnes, ac mirabantur, dicentes inter sese: Nonne, ecce, omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt?

8. Et quomodo nos audimus eos suâ quisque linguâ, in quâ nati sumus?

9. Parthi & Medi, & Elamitæ, & habitatores Mesopotamiæ, Judææq; & Cappadociæ, Ponti & Asiæ.

10. Phrygiæ & Pamphyliæ, Ægypti, & partium Libyæ ejus, quæ est finitima Cyrenæ, & advenæ Romani.

11. Judæiq; & proselyti, Cretes & Arabes: audimus eos loquentes nostris linguis magnifica DEI.

12. Stupebant autem omnes

schach/ kam die Menge zusammen/ und wurden verstürtzet/ denn es höret ein jeglicher/ daß sie mit seiner Sprache redeten.

Sie entsatzten sich aber alle/ verwunderten sich/ und sprachen unter einander: Siehe/ sind nicht diese alle/ die da reden/ aus Galiläa?

Wie hören wir dann ein jeglicher seine Sprache/ darinnen wir gebohren sind?

Parther und Meder/ uñ Elamiter/ uñ die wir wohnen in Mesopotamia/ und in Judäa/ und Cappadocia/ Ponto und Asia.

Phrygia und Pamphylia/ Egypten/ und an den Enden der Libyen bey Kyrenen/ und Außländer von Rom.

Jüden und Jüdengenossen/ Creter und Araber; wir hören sie mit unsern Zungen die grossen Thaten Gottes reden.

Sie entsatzten sich aber alle/

mnes, ac mirabantur inter seſe, dicentes: quidnam vult hoc esse?
13. Alii autem iridentes dicebant: Musto expleti sunt.

alle/ und wurden irre/und sprachen einer zum andern: was wil daraus werden?
Die andern aber hattens ihren Spott/uñ sprachen: sie sind voll süsses Weins.

Evangelium, Joh. 14. v. 31.

Quisquis amat Christum, servatq; oracula Christi,
Salvus in æterno vivit amore Dei.

Wer Christum liebt/sein Wort gern hört/ und auff ihn hoffet/
Den liebt GOtt wiederumb/ und hört ihn/ wenn er ruffet/
GOtt kömt zu ihm/Gott wohnt in ihm mit Gnad und Rath/
GOtt hilfft und hält ihm Schutz/daß ihm kein Teuffel schadt.
Wer Christum hertzlich liebt/und hält sein Wort/der lebet/
Wo GOttes Volck für GOtt in steter Liebe schwebet.

Spiritus alme, veni, quoniam crucis omnia plena,
Dulcescunt, quæ sunt fellea, rore tuo.

Komm/ heiliger Geist/ und bleib in mir zu diesen Zeiten/
Da man nichts anders hört denn von Gefährlichkeiten/
Durchsüsse mir mit Trost des bittern Creutzes Pein/
Kein Trost/ als nur dein Trost/ kan mir erfreulich seyn.
Die bittre Noht wil sich je mehr und mehr ergiessen/
Komm heiliger Geist/dein Trost kan alles Creutz durchsüssen.

Christe, tuis famulis quia mundus bella minatur,
Pace tuâ reple pectora nostra; sat est.

Weil uns die arge Welt den Frieden gantz versaget/
Und uns durch Zwang und Drang durch Noth uñ Elend plaget/
So gib uns deinen Fried/HErr Christ/du Friedens-Fürst/
Biß du im Himmel uns den Frieden geben wirst.
Die Welt bekrieget uns/HErr Christ/doch hats nicht Noth/
Weil dein Volck nur durch dich den Frieden hat mit GOtt.

O Heiliger Geist/ der du mit Vater und dem Sohne
Regierest wahrer GOtt hoch in des Himmels Throne/
Komm/

Komm/ und regiere mich mit deiner Gnaden-Hand/
Daß ich durchs Teuffels List nicht fall in Sünden-Band.

Deus est spirabile Numen.

Der heilige Geist ist GOtt/ das Zeugniß gibt die Schrifft/
Er gibt uns Trost/ so offt uns Noht und Tod betrifft.

*** *** ***

Omnibus in linguis loquitur spirabile Numen,
Ergò omnes populos ad sua regna vocat.

Der heilig Geist in allen Zungn
Lehret und redt/ draus wird erzwungn/
Daß er die Völcker allzugleich
Zu sich beruffet in sein Reich.

SI quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

WEr mich liebet/ der wird mein Wort halten/ und mein Vater wird ihn lieben/ und wir werden zu ihm kommen/ und Wohnung bey ihm machen.

24. Qui non diligit me, sermones meos non servat, & sermo, quem auditis, non est meus, sed ejus, qui misit me, Patris.

Wer aber mich nicht liebet/ der hält mein Wort nicht/ und das Wort/ das ihr höret/ ist nicht mein/ sondern des Vaters/ der mich gesandt hat.

25. Hæc loquutus sum vobis apud vos manens.

Solches hab ich zu euch geredt/ weil ich bey euch gewesen bin.

26. Paracletus autem ille, qui est Spiritus sanctus, quem Spiritum mittet Pater in nomine meo, ille

Aber der Tröster der heilige Geist/ welchen mein Vater sendē wird in meinem Namen/ derselbige wird

le vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixi vobis.

27. Pacem relinquo vobis; pacem meam do vobis; non, quomodo mundus dat, ego do vobis: Ne turbetur cor vestrum, neque formidet.

28. Audistis, quòd ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quòd dixerim: Vado ad Patrem; quia Pater major me est.

29. Et nunc dixi vobis, priusquam fiat, ut, quum factum fuerit, credatis.

30. Posthac non multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quicquam.

31. Sed ut cognoscat mundus, quòd diligo Patrem, &, sicut mandatum dedit mihi Pater, sic

wird euch alles lehren/und euch erinnern alles des/das ich euch gesagt hab.

Den Friede lasse ich euch; meinen Friede gebe ich euch; nicht gebe ich euch/ wie die Welt gibt. Euer Hertz erschrecke nicht/ und fürchte sich nicht.

Ihr habt gehöret/ daß ich euch gesagt habe/ ich gehe hin/ und komme wieder zu euch. Hättet ihr mich lieb/ so würdet ihr euch freuen/ daß ich euch gesaget habe/ ich gehe zum Vater/denn der Vater ist grösser denn ich.

Und nun habe ichs euch gesagt/ehe deñ es geschicht/ auff daß/ wenn es geschehen wird/ daß ihr gläubet.

Ich werde fort mehr nicht viel mit euch reden/ denn es kömmt der Fürst dieser Welt/und hat nichts an mir.

Aber auff daß die Welt erkenne/daß ich den Vater liebe/ und ich also thue/ wie mir der Vater geboten hat/

sic facio. Surgite, eamus hinc.

hat / stehet auff / und lasset uns von hinnen gehen.

Dominica Trinitatis, Epist. Rom. 11. v. 33.

O Profunditatem divitiarum & sapientiæ & cognitionis Dei! quàm inscrutabilia sunt judicia ejus, & imperveſtigabiles viæ ejus!

34. Quis enim cognovit mentem Domini? aut quis illi fuit à consiliis?

35. Aut quis prior dedit illi, & reddetur ei?

36. Quoniam ex illo, & per illum, & in illo omnia: ipsi gloria in secula, Amen.

O Welch eine Tieffe des Reichthums beyde der Weißheit und Erkäntniß GOttes! wie gar unbegreiflich sind seine Gerichte / und unerforschlich seine Wege!

Deñ wer hat des HErrn Siñ erkant? Oder wer ist sein Rahtgeber gewesen?

Oder wer hat ihm was zuvor gegeben / das ihm werde wieder vergolten?

Deñ von ihm / und durch ihn / und in ihm sind alle Dinge. Ihm sey Ehre in Ewigkeit / Amen.

Evangelium, Joh. 3. v. 1.

Magne DEUS, tribus in personis unus; in uno Trinus: tu Deus es solus, & una salus.

GOtt / der du deine Lust im Himmel hast zu wohnen /
Im Wesen einig / und dreyfaltig in Personen /
GOtt Vater / Sohn und H. Geist / dich allein ruff ich an /
Kein GOtt mir ohne dich den Himmel geben kan.
OB drey Personen sind / so ist doch nur ein GOtt
Im Wesen. Wer sich dem vertraut / wird nicht zu Spott.

In

In sacris ne quære modum, mysteria sunto;
Nil valet hîc ratio, sufficit una fides.

In dem/was himmlisch ist/laß Witz und Fürwitz schwinden/
Sprich nicht: Wie kan das seyn? du wirsts doch nicht durchgründen/
Dis was Geheimniß ist/das laß Geheimniß seyn/
Vernunfft die gilt hier nichts. Der Glaube thuts allein.
IN Einfalt gläube dem/was GOtt spricht und verspricht/
Sein Rath ist dir zu tieff/dein Witz erforscht ihn nicht.
IN Glaubens-Sachen findt nichts als der Glaube Statt/
Kein menschlich Sinn erforscht/was GOtt verborgen hat.

Quod natum est ex carne, caro est, nec regnat Olympo;
Hæredes cœli Flamen & unda facit.

Was von dem Fleische wird gebohren/das muß sterben/
Und kan als sündlich Fleisch das Himmelreich nicht erben.
Wer durch das Wasserbad und Geist wird neu gebohrn/
Der ist zu GOttes Kind und Erben außerkohrn.
FLeisch ist/was Fleisch gebiehrt. Es muß durch sich verderbē/
Das Wasser und der Geist macht uns zu GOttes Erben.

Cœlos nemo subit, sacro nisi fonte renatus.

In GOttes Ehrenreich kan niemand gehen ein/
Als die durch Wasser und durch Geist gebohren seyn.

*** *** ***

Nescis justitiam fidei, Nicodeme Magister,
Ex Christi pendet munera vera salus.

Nicodeme/du irrest weit
Von des Glaubens Gerechtigkeit/
Die wahre Seligkeit wir habn
Allein aus Christi milden Gabn.

FRat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, Princeps Judæorum.

Es war aber ein Mensch unter dē Pharisäern/mit Namen Nicodemus/ein Oberster unter den Jüden.

2. Hic Der

2. Hic venit ad Jesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus, quòd à DEO veneris Magister: Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit DEus cum eo.

Der kam zu JEsu bey der Nacht/ und sprach zu ihm: Meister/ wir wissen/ daß du bist ein Lehrer von GOtt kommen/ denn niemand kan die Zeichē thun/ die du thust/ es sey denn Gott mit ihm.

3. Respondit JEsus, & dixit ei: Amen, amen dico tibi, nisi quis natus fuerit à supernis, non potest videre regnum DEI.

JEsus antwortet/ und sprach zu ihm: Wahrlich/ wahrlich ich sage dir/ es sey denn/ daß jemand von neuem gebohren werde/ kan er das Reich GOttes nicht sehen.

4. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, quum sit senex? num potest in ventrem matris suæ iterum introire ac nasci?

Nicodemus spricht zu ihm: Wie kan ein Mensch gebohren werden/ wenn er alt ist? Kan er auch wiederümb in seiner Mutter Leib gehen/ und gebohren werden?

5. Respondit Jesus: Amen, amen dico tibi, nisi quis natus fuerit ex aquâ & Spiritu, non potest introire in regnum DEI.

Jesus antwortet: Warlich/ wahrlich ich sage dir/ es sey denn/ daß jemand gebohren werde aus dem Wasser und Geist/ so kan er nicht ins Reich Gottes kommen.

6. Quod natum est ex carne, caro est, & quod na-

Was vom Fleisch gebohren wird/ das ist Fleisch/ und

natum est ex Spiritu, Spiritus est.

7. Ne mireris, quòd dixi tibi; oportet vos nasci è supernis.

8. Spiritus, ubi vult, spirat, & vocem ejus audis: sed nescis, unde veniat, & quò vadat: sic est omnis, qui natus est è Spiritu.

9. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri?

10. Respondit Jesus, & dixit ei: Tu es ille Magister Israelis, & hæc ignoras?

11. Amen, amen dico tibi: quod scimus, loquimur; & quod vidimus, testamur: & testimonium nostrum non accipitis.

12. Si terrena dixi vobis, & non creditis; quomodo, si dixero vobis cœlestia, credituri sitis?

13. Et

und was vom Geist gebohren wird/ das ist Geist.

Laß dichs nicht wundern/ daß ich dir gesaget habe/ ihr müsset von neuem gebohren werden.

Der Wind bläset/ wo er wil/ und du höreſt sein Sausen wol/ aber du weist nicht/ von wañen er kömt/ und wohin er fähret. Also ein jeglicher/ der aus dem Geist gebohren ist.

Nicodemus antwortet/ und sprach zu ihm: Wie mag solches zugehen?

JEsus antwortet/ und sprach zu ihm: Bist du ein Meister in Jsrael/ und weist das nicht?

Wahrlich/ wahrlich ich säge dir: Wir reden/ das wir wissen/ und zeugen/ das wir gesehen haben/ und ihr nehmet unser Zeugniß nicht an.

Gläubet ihr nicht/ wenn ich euch von irdischen Dingẽ sage/ wie würdet ihr deñ gläuben/ weñ ich euch von himlischen Dingen sagen

würde? J Und

13. Et nemo ascendit in cœlum, nisi, qui descendit è cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo.

Und niemand fähret gen Himmel / denn der vom Himmel hernieder komen ist / nemlich des Menschen Sohn / der im Himel ist.

14. Et sicut Moses exaltavit serpentem in deserto; ita exaltari oportet filium hominis.

Und wie Moses in der Wüsten eine Schlange erhöhet hat / also muß des Menschen Sohn erhöhet werden.

15. Ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Auff das alle / die an ihn gläuben / nicht verlohren werden / sondern das ewige Leben haben.

Dominica I. post Trinitatis, Epist.
1. Joh. 4. v. 8.

DEUS charitas est.

9. In hoc apparuit Charitas Dei in nobis, quòd filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum.

10. In hoc est charitas, non, quòd nos dilexerimus Deum: sed quòd ipse dilexerit nos, & miserit filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

11. Charissimi, si sic Deus di-

GOTT ist die Liebe.

Daran ist erschienen die Liebe Gottes gegen uns / daß Gott seinen eingebohrnen Sohn gesandt hat in die Welt / daß wir durch ihn leben sollen.

Darinnen stehet die Liebe / nicht / daß wir Gott geliebet haben / sondern daß er uns geliebet hat / und gesandt seinen Sohn zur Versühnung für unser Sünde.

Ihr Lieben / hat uns Gott

dilexit nos, & nos debemus nos mutuò diligere.

12. Deum nemo vidit unquam: si diligamus nos invicem, Deus in nobis manet, & charitas ejus est perfecta in nobis.

13. Ex hoc cognoscimus in eo nos manere, & ipsum in nobis, quòd de Spiritu suo dedit nobis.

14. Et nos vidimus, & testamur, quòd Pater misit filium servatorem mundi.

15. Quisquis confessus fuerit, quòd Jesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo.

16. Et nos cognovimus & credidimus charitatem, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

17. In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die ju-

GOtt also geliebet / so sollen wir uns auch untereinander lieben.

Niemand hat GOtt jemals gesehen. So wir uns untereinander lieben / so bleibet Gott in uns / uñ seine Liebe ist völlig in uns.

Daran erkennen wir / daß wir in ihm bleiben / und er in uns / daß er uns von seinem Geist gegeben hat.

Und wir haben gesehen / und zeugen / daß der Vater den Sohn gesand hat zum Heyland der Welt.

Welcher nun bekennet / daß JEsus Gottes Sohn ist / in dem bleibet GOtt / und er in GOtt.

Und wir haben erkant und gegläubet die Liebe / die Gott zu uns hat. Gott ist die Liebe / und wer in der Liebe bleibet / der bleibet in GOtt / und GOtt in ihm.

Daran ist die Liebe völlig bey uns / auff daß wir eine Freudigkeit haben am

judicii, quòd, ſicut ille eſt, & nos ſumus in mundo hoc.

18. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foràs ejicit timorem, quoniam timor cruciatum habet: qui autem timet, non eſt perfectus in charitate.

19. Nos diligamus eum, quoniam ipſe prior dilexit nos.

20. Si quis dixerit: Diligo DEum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum, quem vidit, DEum, quem non vidit, quomodo poteſt diligere?

21. Et hoc præceptum habemus ab eo, ut, qui diligit DEum, diligat & fratrem ſuum.

Tage des Gerichts / denn gleich wie er iſt / ſo ſind auch wir in dieſer Welt.

Furcht iſt nicht in der Liebe / ſondern die völlige Liebe treibet die Furcht aus / denn die Furcht hat Pein / wer ſich aber fürchtet / der iſt nicht völlig in der Liebe.

Laſſet uns ihn lieben / denn er hat uns erſt geliebet.

So jemand ſpricht: Ich liebe Gott / und haſſet ſeinen Bruder / der iſt ein Lügener. Denn wer ſeinen Bruder nicht liebet / den er ſiehet / wie kan er GOtt lieben / den er nicht ſiehet?

Und diß Gebot haben wir von ihm / daß / wer GOtt liebet / daß der auch ſeinen Bruder liebe.

Evangelium, Luc. 16. v. 19.

Æternas ſcelerum pœnas luit Helluo dives,
Has ut ego effugiam, me rege, ſancte DEUS.

Der Reiche lebt und ſtirbt ohn alle Buß in Sünden /
Jetzt kan er keine Gnad in Ewigkeit mehr finden.
Behüte mich mein GOtt / für Unbußfertigkeit /
Daß ich nicht auch gerath in ſolche Quaal und Leid.

Der

DEr Reiche liegt in Qual / wo alle Teuffel seyn/
Hilff/mein GOtt/ hilff/ daß ich nicht komm in solche Pein.

Ante forte jacet hîc Ecclesia pressa. Sed illîc
Æternùm in Christi jubilat illa sinu.

Es liegt die rechte Kirch hier für des Reichen Thüre /
Wie Lazarus/ veracht/ arm / hungrig / voll Geschwüre/
Dort aber wird sie seyn in Christi Schoß voll Freud
Und Reichthum / so geziert mit höchster Herrligkeit.

DJe rechte Kirch ist hier blutarm / und wird gedrückt/
Dort aber ewiglich auff Christi Schoß erquickt.

Christe, fac, hanc animam migrantem è corpore portet
Angelus in gremium, pax ubi vera, tuum.

Ach GOtt/ auff den ich trau in aller Noth/ ach sende
Die lieben Engelein an meinem letzten Ende/
Laß tragen meine Seel hinauff in deinen Schoß/
Daß sie sey Freuden voll / und alles Kummers loß.

GJb mir dein Engel zu / wann ich von hinnen sol/
So komm ich / GOtt/ zu dir/ da mir ist ewig wol.

Inferni flammas, qui malè vivit, adit.

Wer allhier übel lebt / der fährt auch übel hin;
Pein in der Höllen-Glut ist sein Lohn und Gewinn.

*** *** ***

Si fueris Cræsus, sic partis utere rebus,
Ne jacet surdas Lazarus ante fores.

Hast du groß Gut / so brauch das wol/
Dein Gut dir dazu dienen sol/
Daß Lazarus dein Gutthat spür /
Und nicht lieg hungrig vor der Thür.

Homo quidam erat dives, qui induebatur purpurâ & byssо, & epulа-

ES war aber ein reicher Mann / der kleidete sich mit Purpur und köst-

labatur quotidie splendidè.

köstlichem Leinwad / und lebete alle Tage herrlich und in Freuden.

20. Erat autem quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus ulcerosus.

Es war aber ein armer / mit Nahmen Lazarus / der lag vor seiner Thür voller Schweren.

21. Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensâ divitis: sed canes veniebant, ac lingebant ulcera ejus.

Und begehrte sich zu sättigen von den Brosamen die von des Reichen Tisch fielen. Doch kamen die Hunde und lecketen ihm seine Schweren.

22. Accidit autem, ut moreretur mendicus, & deportaretur ab angelis in sinum Abrahæ: mortuus est autem & dives, ac sepultus est.

Es begab sich aber / daß der Arme starb / und ward getragen von den Engeln in Abrahams Schoß. Der Reiche aber starb auch / und ward begraben.

23. Atque in tartaro sublatis oculis suis, quum esset in tormentis, videt Abraham eminus, & Lazarum in sinu ejus.

Als er nun in der Hölle und in der Qual war / hub er seine Augen auff / und sahe Abraham von ferne / und Lazarum in seinem Schoß.

24. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam

Rieff / und sprach: Vater Abraham / erbarme dich mein / und sende Lazarum / daß er das äusserste seines Fingers ins Wasser tauche / und kühle meine Zun-

guam meam; quia crucior in flammâ hâc.

25. Dixit autem Abraham: Fili, recordare, quòd receperis bona tua in vitâ tuâ, & Lazarus similiter mala; nunc autem hic solatio fruitur, tu verò cruciaris.

26. Et super hæc omnia inter nos & vos hiatus ingens firmatus est, ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque istinc huc transcendere.

27. Ait autem: Rogo ergò te, pater, ut mittas eum in domum patris mei.

28. Habeo enim quinque fratres, ut testificetur illis, ne ipsi veniant in hunc locum cruciatûs.

29. Ait illi Abraham: Habent Mosen ac Prophetas: audiant illos.

Zunge/denn ich leide Pein in dieser Flammen.

Abraham aber sprach: Gedencke/ Sohn/ daß du dein gutes empfangen hast in deinem Leben/und Lazarus dagegen hat Böses empfangen. Nun aber wird er getröstet/ und du wirst gepeiniget.

Und über das alles ist zwischen uns und euch eine grosse Klufft befestiget/ daß / die da wolten von hinnen hinabfahren zu euch/ können nicht / und auch nicht von dannen zu uns herüber fahren.

Da sprach er: So bitte ich dich/ Vater/ daß du ihn sendest in meines Vaters Hauß.

Denn ich habe noch fünff Brüder/daß er ihnen bezeuge/ auff daß sie nicht auch komen an diesen Ort der Qual.

Abraham sprach zu ihm: Sie haben Mosen und die Propheten/ laß sie dieselben hören.

30. At ille dixit: Non, Pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, resipiscent.

Er aber sprach: Nein/ Vater Abraham/ sondern wenn einer von den Todten zu ihnen ginge/ so würden sie Busse thun.

31. Ait autem illi: Si Mosen & Prophetas non audiunt, neque, si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Er sprach zu ihm: Hören sie Mosen uñ die Propheten nicht/ so werden sie auch nicht gläuben/ ob jemand von den Todten auffstünde.

Dominica II. post Trinitatis, Epist. 1. Joh. 3. v. 13.

NE miremini, fratres mei, si odit vos mundus.

Verwundert euch nicht/ meine Brüder/ ob euch die Welt hasset.

14. Nos scimus, quòd translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit fratrem, manet in morte.

Wir wissen/ daß wir aus dem Tod in das Leben kommen sind/ denn wir lieben die Brüder. Wer den Bruder nicht liebet/ der bleibet im Tode.

15. Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quòd omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.

Wer seinen Bruder hasset/ der ist ein Todtschläger. Und ihr wisset/ daß ein Todschläger nicht hat das ewige Leben bey ihm bleibend.

16. Per hoc cognovimus charitatem, quoniam ille

Daran haben wir erkant die Liebe/ daß er sein Le-

le animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.

17. Qui verò habuerit substantiam mundi, & viderit fratrem suum egentem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas DEI manet in eo?

18. Filioli mei, ne diliganus verbo neque linguâ, sed opere & veritate.

Leben für uns gelassen hat/ und wir sollen auch das Leben für die Brüder lassen.

Wenn aber jemand dieser Welt Güter hat/ und siehet seinen Bruder darben/ und schleust sein Hertz für ihm zu / wie bleibet die Liebe Gottes bey ihm?

Meine Kindlein / lasset uns nicht lieben mit Worten noch mit der Zungen/ sondern mit der That und mit der Warheit.

Evangelium, Luc. 14. v. 16.

Magna DEI cœna est, sunt & fastidia magna,
Magna quoque, ingratos quæ ferit, ira Dei est.

Groß ist das Abendmahl / das GOtt hat angerichtet /
Der Undanck ist auch groß / der alles hat vernichtet.
So groß die Gnad jetzt ist / so groß wird seyn die Pein/
Wer hier die Gnade schimpfft/ wird dort verlohren seyn.
GRoß ist dein Mahl/ groß ist der Eckel bey der Welt /
Drum ist auch groß/ O GOtt/ dein Zorn/ der auff sie fällt.

Quem, Deus alme, vocas ad cœnam svaviter, adsum,
Ah saturare tuâ me bonitate velis!

Zum grossen Abendmahl läst du / O GOtt / aus Gnaden
Gar freundlich jederman durch deine Knechte laden/
Mich stell ich willig ein. Erquicke deinen Gast
Mit deiner süssen Gnad / als du versprochen hast.

DEn du zum Abendmahl berufft/der stellt sich ein/
Laß deine Gnad und Güt/O GOtt/mein Labsal seyn.
Sehr kläglich ists/O GOtt/daß mancher Mensch nur trachtet
Nach dem/was zeitlich ist/was ewig ist/verachtet.
O gib mir andern Sinn! Gib/daß ich alle Schätze
Der Welt veracht/und mich an dir allein ergetze.
Blind bin ich am Verstand/arm an Verdienst und Wercken/
An allen Kräfften lahm/kan nichts/was gut ist/mercken/
Doch weil du/frommer GOtt/auch Krüppel ladest ein/
So wird bey dir für mich ein Räumlein übrig seyn.

Cæna DEI monstrat, gratia quanta DEI.

Der grosse GOtt macht hier ein grosses Abendmahl/
Und ruffet alle Welt zu sich ins Himmels-Saal.

*** *** ***

Nec te pinguis ager, nec bos, nec sponsa retardet,
Cæna Dei humanis anteferenda bonis.

Dein Acker-Gut/dein Ochsen-Kauff/
Dein neue Braut dich nicht halt auff/
Vielmehr ist GOttes Abendmahl.
Denn weltlich Güter allzumahl.

HOmo quidam apparaverat cœnam magnam, & vocavit multos.

17. Misitquè servum suum horâ cœnæ, ut diceret invitatis: Venite, quia jam parata sunt omnia.

18. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse mihi est exire, & vi-

ES war ein Mensch/der machte ein groß Abendmahl/und lud viel darzu.

Und sandte seinen Knecht aus zur Stunde des Abendmahls/zu sagen den Geladenen: Kommet/denn es ist alles bereit.

Und sie fingen an alle nach einander sich zu entschuldigen. Der erste sprach zu ihm: Ich habe einen Acker

videre illam: rogo te, habe me excusatum.

cker gekaufft / und muß hinauß gehen/ und ihn besehen / ich bitte dich / entschüldige mich.

19. Et alter dixit: Juga boum emi quinque, & eo ad probandum illa: rogo te, habe me excusatum.

Und der ander sprach: ich habe fünff Joch Ochsen gekaufft / und ich gehe jetzt hin sie zu besehen/ ich bitte dich/ entschüldige mich.

20. Et alius dixit: Uxorum duxi, & ideò non possum venire.

Und der dritte sprach: ich habe ein Weib genommen/ darümb kan ich nicht kommen.

21. Ac reversus servus renunciavit hæc Domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo: Exi citò in plateas & vicos civitatis, & pauperes ac debiles, claudosquè & cœcos introduc huc.

Und der Knecht kam/ uñ sagte das seinem Herrn wieder. Da ward der Hauß-Herr zornig / und sprach zu seinem Knechte: Gehe aus bald auff die Strassen und Gassen der Stadt / und führe die Armen und Krüppel / und Lahmen und Blinden herein.

22. Et ait servus: Domine, factum est, ut imperâsti, & adhuc locus est.

Und der Knecht sprach: Herr/ es ist geschehen/ was du befohlen hast/ es ist aber noch Raum da.

23. Et ait Dominus servo: Exi in vias & sepes, & an-

Und der Herr sprach zum Knechte: Gehe aus auff die Landstrassen und an-

& compelle intrare, ut impleatur domus mea.

24. Dico enim vobis, quòd nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

an die Zäune/ und nöthige sie herein zu kommen/ auff dz mein Hauß voll werde.

Ich sage euch aber/ daß der Männer keiner/ die geladen sind/ mein Abendmahl schmecken wird.

Dominica III. post Trinitatis, Epist. 1 Petr. 5. v. 6.

HUmiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos extollat, quum erit opportunum.

7. Omni curâ vestrâ conjectâ in illum: nam illi cura est de vobis.

8. Sobrii estote, & vigilate, quoniam adversarius vester Diabolus tanquam eo rugiens obambulat, quærens, quem devoret.

9. Cui resistite, solidi fide, scientes easdem afflictiones vestræ, quæ in mundo est, fraternitati consummari.

10. Sed DEUS omnis gratiæ, qui vocavit nos ad æternam suam gloriam per

SO demühtiget euch nun unter die gewaltige Hand Gottes/ daß er euch erhöhe zu seiner Zeit.

Alle eure Sorge werffet auff ihn/ denn er sorget für euch.

Seyd nüchtern und wachet/ denn euer Wiedersacher der Teuffel gehet ümher wie ein brüllender Löu/ und suchet/ welchen er verschlinge.

Dem wiederstehet fest im Glauben/ und wisset/ daß eure Brüder in der Welt eben dasselbe Leiden haben.

Der GOtt aber aller Gnade/ der uns beruffen hat zu seiner ewigen Herrlich-

per Christum Jesum, parumper afflictos, idem instauret vos, fulciat, roboret, stabiliat.

lichkeit in Christo JEsu/ derselbige wird euch / die ihr eine kleine Zeit leidet / voll bereiten / stärcken / kräfftigen / gründen.

11. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Demselben sey Ehre und Macht von Ewigkeit zu Ewigkeit/ Amen.

Evangelium, Luc. 15. v. 1.

Quære tuam, bone pastor, ovem, quæ perdita! fiam
Ne tandem Stygio præda cupita lupo.

Ich bin das Schaff/ HErr Christ/ daß sich von deinem Hauffen/
Verführt durchs Satans List / in Sünden hat verlauffen/
Erbarm dich / suche mich / trag mich zu deiner Heerd/
Auff daß ich nicht ein Raub des grimmgen Wolffes werd.

Ich bin das Schaff/ HErr Christ/ verirrt von deiner Heerde/
Ach suche mich/ daß ich des Wolffes Raub nicht werde.

Das Schaff / das sich / HErr Christ/ verlauffen hat/ bin ich/
Der Wolff ist da/ ach komm/ ach such und schütze mich.

Qui peccatores recipis, placidissime JESU,
Me peccatorem suscipe, salvus ero.

Wie freundlich gehst du umb/ HErr JEsu/ mit den Sündern/
Nimmst sie zu Gnaden an / machst sie zu GOttes Kindern!
Diß ist mein höchster Trost und meine Frölichkeit/
Daß du so gnädig bist / dem seine Sünd ist leid.

Du nimmst die Sünder an/ HErr Christ. Ach nimm auch mich
Zu Gnaden an/ so werd ich selig seyn durch dich.

Ich bin/ HErr Christ/ ich bin der arm verlohrne Groschen/
Das schöne Bild auff mir durch Sünd ist gar verloschen.
O komm und suche mich / erneure das Gepräg/
Und mich zu deinem Schatz in deinem Reiche leg.

Con-

Converſos recipit Chriſtus, cosq; beat.

Zu Chriſto nahe dich / der du mit groſſen Sünden
Beſchweret biſt / du wirſt Troſt / Gnad und Leben finden.

*** *** ***

Sparſa ovis inventa eſt & drachma & prodigus hæres,
Converſis reditus ſemper ad aſtra patet.

Das irrig Schaff ſich wieder find /
Der Pfenning und verlohrne Kind:
Wer ſich wieder zu GOtt bekehrt /
Dem iſt der Himmel auffgeſperrt.

ACcedebant autem ad eum omnes Publicani & Peccatores, ut audirent illum.

2. Et murmurabant Phariſæi ac Scribæ, dicentes: Hic peccatores recipit, ac cibum capit cum illis.

3. Dicebat autem ad illos parabolam hanc, dicens:

4. Quis ex vobis eſt homo, qui habet centum oves, & ſi perdiderit unam ex illis, nonnè relinquit nonaginta novem in deſerto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inveniat eam?

5. Et

ES naheten aber zu ihm allerley Zöllner und Sünder / daß ſie ihn höreten.

Und die Phariſäer und Schrifftgelehrten murreten / und ſprachen: Dieſer nimmt die Sünder an / und iſſet mit ihnen.

Er ſaget aber zu ihnen diß Gleichniß / und ſprach:

Welcher Menſch iſt unter euch / der hundert Schaffe hat / und ſo er der eins verleuret / der nicht laſſe die neun und neunzig in der Wüſten / und hingehe nach dem Verlohrnen / biß daß ers finde?

Und

5. Et quum invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens.

6. Veniensque domum, convocat amicos & vicinos, dicens illis: Gaudete mecum, quia inveni ovem meam, quæ perierat.

7. Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore resipiscente, magis quàm super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentiâ.

8. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonnè accendit lucernam, & verrit domum, quæritq; diligenter, donec inveniat?

9. Et quum invenerit, convocat amicas & vicinas, dicens: Gaudete mecum, quia inveni drachmam, quam perdideram.

10. Ita

Und wenn ers funden hat / so leget ers auff seine Achseln mit Freuden.

Und wenn er heim kömt / ruffet er seinen Freunden und Nachbahrn / und spricht zu ihnen: Freuet euch mit mir / denn ich habe mein Schaff funden / das verlohren war.

Ich sage euch / also wird auch Freude im Himmel seyn über einen Sünder / der Busse thut / für neun und neuntzig Gerechten / die der Busse nicht bedürffen.

Oder welch Weib ist / die zehen Groschen hat / so sie der einen verleuret / die nicht ein Licht anzünde / und kehre das Hauß / und suche mit Fleiß / biß daß sie ihn finde?

Und wenn sie ihn funden hat / ruffet sie ihren Freundinnen und Nachbahrinnen / und spricht: Freuet euch mit mir / denn ich habe meinen Groschen funden / den ich verlohren hatte.

Also

10. Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore resipiscente.

11. Ait autem: Homo quidam habuit duos filios.

12. Et dixit adolescentior illorum patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ ad me redit. Et divisit illis substantiam.

13. Ac post dies non multos, cùm omnia contraxisset adolescentior filius, peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriosè.

14. Et postquam omnia consumpsisset, facta est fames valida in regione illâ: Et ipse cœpit egere.

15. Et abiit, & adhæsit uni civium regionis illius, atque is misit illum in villam suam, ut pasceret porcos.

16. Et

Also auch/ sage ich euch/ wird Freude seyn vor den Engeln Gottes über einen Sünder/ der Busse thut.

Und er sprach: Ein Mensch hatte zween Söhne.

Und der jüngste unter ihnen sprach zum Vater: gib mir/ Vater/ das Theil der Güter/ das mir gehöret. Und er theilet ihnen das Gut.

Und nicht lang darnach samlet der jüngste Sohn alles zusammen/ und zog ferne über Land/ und daselbst bracht er sein Gut umb mit Prassen.

Da er nun alle das Seine verzehret hatte/ ward eine grosse Theurung durch dasselbige gantze Land/ und er fing an zu darben.

Und ging hin/ und hänget sich an einen Bürger desselbigen Landes/ der schickte ihn auff seinen Acker/ der Säu zu hüten.

Und

16. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quibus porci vescebantur, neque quisquam illi dabat.

Und er begehrte seinen Bauch zu füllen mit Träbern / die die Säue assen / und niemand gab sie ihm.

17. In se autem reversus dixit: Quot mercenarii patris mei abundant panibus, ego verò fame pereo!

Da schlug er in sich / und sprach: Wie viel Taglöhner hat mein Vater / die Brodts die Fülle haben / und ich verderbe im Hunger!

18. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in cœlum & coram te.

Ich wil mich aufmachen / und zu meinem Vater gehen / und zu ihm sagen: Vater / ich habe gesündiget in den Himmel und vor dir.

19. Et non ampliùs sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenariis tuis.

Und bin fort nicht mehr wehrt / daß ich dein Sohn heisse / mache mich als einen deiner Taglöhner.

20. Et surgens venit ad patrem suum. Cùm autem adhuc longè abesset, vidit illum pater ipsius, & misericordiâ motus est, & accurrens ruit in collum ejus, & osculatus est eum.

Und er machte sich auff / und kam zu seinem Vater. Da er aber noch ferne von dannen war / sahe ihn sein Vater / und jammerte ihn / lieff / und fiel ihm ümb seinen Halß / und küssete ihn.

21. Dixitque ei filius: Pater, peccavi in cœlum &

Der Sohn aber sprach zu ihm: Vater / ich habe ge-

& coram te, neq; posthac sum dignus vocari filius tuus.

22. Dixit autem pater ad servos suos: Proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum ejus, & calceamenta in pedes.

23. Et adducentes vitulum illum saginatum, mactate; sumptisq; epulis lætemur.

24. Quia hic filius meus mortuus erat, & revixit; perierat, & inventus est. Et cœperunt lætari.

25. Erat autem filius ejus senior in agro: & cùm veniret & appropinquâsset domui, audivit concentum & choros.

26. Et vocavit unum è servis suis, & interrogavit, quid essent illa?

27. At is dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater

sündiget in den Himmel und vor dir/ ich bin fort nicht mehr werth/ daß ich dein Sohn heisse.

Aber der Vater sprach zu seinen Knechten: Bringet das beste Kleid herfür/ und thut ihn an/ und gebet ihm einen Fingerreiff an seine Hand/ und Schuh an seine Füsse.

Und bringet ein gemästet Kalb her/ und schlachtets/ lasset uns essen und frölich seyn.

Denn dieser mein Sohn war todt/ und ist wieder lebendig worden/ er war verlohren/ und ist funden worden. Und fingen an frölich zu seyn.

Aber der älteste Sohn war auff dem Felde/ und als er nahe zum Hause kam/ höret er das Gesänge und den Reigen.

Und rieff zu sich der Knechte einen/ und fraget/ was das wäre?

Der aber saget ihm: dein Bruder ist kommen/ und dein

ter tuus vitulum illum saginatum, quòd incolumen illum receperit.

28. Indignatus est autem, nec volebat introire. Pater ergò illius egressus rogabat illum.

29. At ille respondens dixit Patri: Ecce tot annos servio tibi, nec unquam præceptum tuum transgressus sum, nec unquam dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis lætarer.

30. Sed postquam filius tuus hic, qui devoravit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum illum saginatum.

31. At ille dixit ei: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.

32. Lætari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit: & perierat, & inventus est.

dein Vater hat ein gemästet Kalb geschlachtet/ daß er ihn gesund wieder hat.

Da ward er zornig/und wolte nicht hinein gehen. Da ging sein Vater heraus/ und bat ihn.

Er antwortet aber/und sprach zum Vater: Siehe/ so viel Jahre diene ich dir/ und habe dein Gebot noch nie übertreten/ und du hast mir nie einen Bock gegeben/ daß ich mit meinen Freunden frölich wäre.

Nun aber dieser dein Sohn kommen ist/ der sein Gut mit Huren verschlungen hat/ hastu ihm ein gemästet Kalb geschlachtet.

Er aber sprach zu ihm: Mein Sohn/ du bist allezeit bey mir/ und alles was mein ist/ das ist dein.

Du solltest aber frölich und gutes Muths seyn/ denn dieser dein Bruder war todt/ und ist wieder lebendig worden/ er war verlohren/ und ist wiederfunden.

Dominica IV. post Trinitatis, Epist. Rom. 8. v. 18.

NAm reputo, non esse pares afflictiones præsentis temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur erga nos.

19. Etenim solicita creaturæ expectatio expectat, ut palàm fiant filii Dei.

20. Quippè vanitati creatura subjacet non volens: sed propter eum, qui subjecit illam sub spe.

21. Quoniam & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.

22. Scimus enim, quòd omnis creatura congemiscit, simulquè nobiscum parturit usque ad hoc tempus.

23. Non solùm autem illa, sed & ipsi primitias Spi-

DEnn ich halte es dafür / daß dieser Zeit Leiden der Herrlichkeit nit wehrt sey / die an uns sol offenbahret werden.

Denn das ängstliche Harren der Creatur wartet auff die Offenbahrung der Kinder Gottes.

Sintemahl die Creatur unterworffen ist der Eitelkeit ohn ihren Willen / sondern ümb des willen / der sie unterworffen hat auff Hoffnung.

Denn auch die Creatur frey werdē wird von dem Dienste des vergänglichen Wesens zu der herrlichen Freyheit der Kinder Gottes.

Denn wir wissen / daß alle Creatur sehnet sich mit uns / und ängstet sich noch immerdar.

Nicht allein aber sie / sondern auch wir selbst / die wir

Spiritûs habentes, & nos ipsi in nobis ipsis gemimus adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri.

wir habē des Geistes Erstlinge/ sehnen uns auch bey uns selbst nach der Kindschafft / und warten auff unsers Leibes Erlösung.

Evangelium, Luc. 6. v. 36.

